



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Discursus Prædicabiles, Sive Viridarium Sacrarum  
Concionum**

**Paoletti, Agostino**

**Coloniae, 1677**

Altera Pars.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55660](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55660)

*bona hac haud me perdent. sed ego illa, aliisque hereditate relicta, enavigavi.*

*Aug. Mas. p. 1. d. 1. c. 1.*

*Seneca.*

Plotinus depingi noluit, indecolum æstimans imaginem corporis perpetuari. De ornatu vero animæ nil cogitari. Postquam legerat doctrinam Senecæ: *Cogita in te prater animam nihil esse miserabile.* Et tamen homines nihil vilius æstimant quam animam, & bona spiritualia ad ipsam pertinentia.

18. Vide illius nobilis palatium, quam concinnè est intus, & extra positum. Statuæ sunt marmoreæ artificiosissimè factæ. Picturæ excellentissimæ ligneis calcatis insitæ. Conclavia aulaeis tericis, & acupictis ornata, tot sunt ibi specula, tot figuræ, tot arcæ, inaurata laquearea, solum stratum tapetibus, & quomodo constituta est anima? omni ornatu spirituali privata est in pejora statu, quam murus non calcinatus. Intra hortum, & videbis in illo tapetas cedrianas, loca, buxotam, vel aliarum arborum, ramis obducta, innumera vasa cum plantis pomorum aureorum, ibi cernes specum quandam maximo artificio ex lapidibus marinis, & conchyliis fabricatam, Pavimentum est encausto pictum, odor ingeleat plantæ in curvantur fructibus, in medio conspicies fontem ex candido alabastro, satyri, lapideis ornatos, tot cernis ibi aquarum ductus per tubos, & canales, ut omnes spectatores delectentur; sed dicite quæso, quid agitur cum anima illius nobilis? in quo statu est? ð Deus! est desertum sterile, vinea desolata, Dæmon illius curam gerit, non sunt ibi nisi urtica vitiorum, spinæ criminum, plantæ peccatorum. nullus ibi cernitur flos prode virtutum, nullus fructus bonorum operum, nulla est ibi aqua divinæ gratiæ.

19. Nobilis ille habet equum vulgo *Stando pfero* duobus eum committit si quonibus omni sollicitudine possibili curandum. Omni die, mane & vespere eum strigili purgant, majori ei servantur curâ, quam servantur tui Christiano, cincinni culpanur & capilli illigantur hulis seticis, frontem ornant tidimiculâ in modum rosæ factâ, cuius limbis, & laciniis aurum, & argentum intertexta sunt; frenum, & sella pretiosissimè bombyce, & holoserico sunt picta, ita ut ingeniosa manus acupingens stupores artis, & patientiæ illis imprescent, sed anima, quam gubernat, quomodo se habet. O si Deus tibi illam videndam objiceret, quam videres eam miserram, & desortem. Estne possibile quod magis ætatem parietes domus, terram horti, pellem bestię quam propriam animam. Audi Archi E-

piscopum Valentium: *Ecce curam habere de illius homo, de hereditate, de negotio, de familia, de iure quo in stabulo, & te ipsum solum negligo i te ipsum tam vilem æstimas, & sic parvipendas, ut non de hominigenis de te curam haberes? O anima misera, quid dicitur extra te vagaris effusa, & divisa per mundum, à te alienata. Recollege te, redi ad te, habita tecum, non si sicut oculus, qui cum omnia videt, seipsum non videt.*

Alexander Cardinalis Oliva opes vilipendens terrenas, sapius replicabat: *Alexander quid possis habere continuo bona cælestia summasbat. O Christiane, ad te ipsum revertete, & si baculos fuisti ex illis, qui neglexerunt & abierunt alius in villam suam, alius ad negotiationes suas. Nunc tempus est referendi gressus, & acceptandi invitationem, quam ego indignus servus Regis cælestis te invito: *Venite ad nuptias, quas paravit sunt omnia.* Nuptias bonorum cælestium, quæ sunt veræ delinæ animæ condempnatis. *Quidam.**

ALTERA PARS.

20. In pluribus locis sacre Scripture Deum suis operibus docuisse, ut cælestia tenerent, spiritualia temporalibus præferamus invenio. An unquam observatis ordinem, quo Chronista Moyses insignem fabricam universi describit? *In principio creavit Deus calum & terram.* Ego hunc ordinem creationis consueti modo factum credo. In aliqua fabrica prius partes inferiores, dein altiores struantur. Prius fundamenta, dein muros, prius pavimentum, dein fornices. Moyses ergo dicere debuit. *In principio creavit DEUS terram, & calum,* quia terra est pars inferior, calum pars superior hujus palatii molis. Est rectum, vel forma hujus Palatii. Uicerealisquis possit Moysen observare ordinem doctrinæ, quæ a dignioribus incipit.

Os aureum doctè respondet, calum pro anima, terram pro corpore creatam; docere ergo voluit commoda animæ commodis corpore præferenda. *Deus prater humanum morem suam præferens auctissimum, prius calum excedens, postea terram subternit, prius culmen, & postea fundamentum quis al. quid videt? in hominum sandi operibus, nil tale unquam fuit.*

Sic etiam Theophylactus Antiochenus præterit phœa restatur creationem calis factam esse primam, non hominum more sit. *Jed in modum sapientis, & sic videt enim in principio, creavit Deus calum, & terram.*

terram, dicens: intendit fundamentum, & quasi fundamentum.

11. Postquam Deus diluio universali orbem purgasset, & Noe cum familia ex arca exivisset, quos actus clementiae ei exhibuit. Primò ipsi benedicti precibus, secundò propagationem ei præcepit: Benedixit Deus Noe & filiis eius, & dixit ad eos, crecite & multiplicamini super terram. Si primò intendebat Deus restauracionem orbis per multiplicacionem hominum, prius hanc multiplicacionem mandare, deia ei benedicere debuisset. Quodam modernus hunc locum sic explicat: Per benedictionem dona spiritualia intelliguntur per sequentia verba dona temporalia. Pius ergo benedicere, deia propagationem imposuit, ut præcedenda spiritualia temporalibus doceret. Sic Lyranus: Primò beneficium describitur ipsius Dei in spiritualibus, cum dicitur: Benedixit Deus Noe, & filii ipsius gratiam suam in eis arguuntando; secundò tangitur Dei beneficium quantum ad temporalia.

Salvator hunc modum orandi, & gratias rogandi præcipit. Sic orabit: Pater noster, qui est in celo, sancti spiritus nomen tuum, adveniat regnum tuum, fiat voluntas tua, sicut in celo, & in terra. Et statim subdit: Panem nostrum quotidianum, &c. Ante panem, suscitandò corpori, prius necessitati per ad consolandum animam in via spirituali, & gratia est observandum. Sic Jordanus à Saxonia: Postquam petri vultus illa qua respicitur vitam præsentem, seu necessitatem vitæ, & aeternis. Et Cardinalis Egidius Colanata: In qua unica petitur, postquam in tribus præcedentibus quaesivimus spiritualia petit orans panem omnium necessitatem temporalium: in pane enim quotidianum intelligitur omne necessarium ad quotidianum vitam, sive cibum sive potus, sive vestitus sive domus, sive sumptus sive corporis valetudo.

12. Filius Dei, ut Hebraeos ad fidem pulsare eorum cecitate converteret, dum prædicaret, & in favore discipulis esset. Turba copiosa intrat, & interam pens attentionem populi, voce Christi compellat. dicens Ecce mater tua, & fratres mei, & frater meus. Sed Christus bile inflammatus ad vesle verens, sic respondit: Quis est mater meus, & qui sunt fratres mei? haec verba sic explanat Dionysius Cartusianus. Haec dicit non aspernando, vel negando matrem carnalem atque cognatos, quasi benedictionem corpus habens ut Marcon, & Manthianus veritatis sunt, sed ad ostendendum, quod non solum habeat matrem, & fratres carnales, sed etiam spirituales.

Sed sanctus Antoninus Archi-Episcopus Florentinus asserit, sapiendam Incarnatam voluisse docere, nos debere præponere spiritum carni, bona animæ (veluti est prædicatio) affectui sanguinis erga matrem & fratres. In hac parte Evangelii docet Christus spiritualia præponere carnalibus, & caelestia temporalibus, & terrenis fore præponenda.

23. Sed quantum displiceat Deo homo, si faciat contrarium, & affectibus inhæreat terræ, ex sacra Genesi deducere possumus. Postquam terra Deo obediens produxisset plantas, herbas, & flores, non lego quod ei benedixit, ut videre est in operibus tertie diei, sed subito ut aer generavit aves, dicit facit textus: Benedixit quoque ei, dicens: Crescite & multiplicamini. Cur hæc dispensatio, imò dixerim partialitas? respondet sanctus Pater Augustinus. Plantas semper habere fixas radices in terra, siue qua non possunt vivere, sed aves semper volant per aërem, hinc vocantur à David vultures caeli. In sanctum Augustinum. Quia per fibras, & radices lateribus terra inhærent.

24. Hinc iusti cognoscentes divinam voluntatem tantum æstimant bona animi, & celi, quantum contemnunt bona terræ. Audite Davidem: Pro videbam Dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne commovear. Deum habeo à dextris ideo nil timeo. Dimicans non tantum sollicitus est pro latere dextro, sed & sinistro, quia in quocunque latet, moti potest. Juxta ergo interpretationem divi Bernardi, qui per dextram spiritualia, per sinistram bona temporalia intelligit, dicere voluit. Dummodo Deus dextram, hoc est spiritualia conferret, parum curo temporalia. Spiritualia quidem bona attribuitur dextera, sinistra vero carnalia. Hac gratia, & misericordia Dei in servos eius, & respectus in electos illius, ut in eorum sinistram velut dissimulans dextra semper studiosus protektor assistat. Imò ut acquireret eorum omnem affectum erga terram deposuit. Haec recordatus sum, & effudi in me animam meam, quoniam transibo in locum tabernaculi iugue ad Dominum Dei. Quæ sic illustrat Bellarminus. Ut sensus sit: effudi in me animam meam, id est, evacuavi apud me animam meam omni terrenâ delectatione, ut intraturus tabernaculum admirabile, & ipsam domum Dei implerem eam delectationibus Domini mei.

Hoc fecit qui terrenis venditis voluit obtinere thesaurum æternæ. Simile est regnum caelorum thesauro abscondito in agro. Quem qui invenit homo, vendit universa qua habet, & emit agrum illum.

Ecce 3

Psal. 8.  
D. P. Aug.  
ad lit. lib.  
ad Gen.

Psal. 15.

D. Bern.  
serm. 7. in  
Psal. 90.

Psal. 41.

Cardin.  
Bellarm.  
ibid. fol.  
242. v. 4.

D. Martib.  
cap. 13.

illum.

*U. Ioan.*  
*Chryſoſt.*  
*hom 18. in*  
*Matth.*

# DOMINICA XX. POST PENTECOSTEN.

*Vade, filius tuus vivit, credit ipſe, & domus eius tota.* Joan. 4.

## ARGUMENTUM.

*Oſtenditur quam ſit potens exemplum bonum & malum.*

**O** Rdo, quo Deus Anchor univerſi crea-  
turas univerſi diſpoſuit, ad eò eſt factus,  
ut ſuporem excedat, terminos admi-  
rationis tranſgrediatur, & capacitatem  
intellectus humani tranſcendat. Ordinavit ut  
inferiora moverentur, & regerentur à ſuperio-  
ribus. Hinc Philoſophus hoc axioma forma-  
re didicit: *In unoquoque genere datur unum, quod*  
*eſt primum, cauſa, & meſura cæterorum.* Et ali-  
bi addidit: *Oportet inferiora hæc contigua eſſe ſu-*  
*perioribus, ut inde regantur, & guber-*  
*nentur.* Velut ad motum rotæ principalis horo-  
logii reliquæ omnes moventur, ſi cæli moventur  
ad motum primi mobilis, Angeli inferiores il-  
luminantur à ſuperioribus. Motus creatura-  
rum inferiorum (ſi excipiantur liberum arbitri-  
um) regulantur, & reguntur à motibus corpo-  
rum ſuperiorum.  
Eundem ordinem Deus cordibus humanis  
inferre voluit, dum ordinavit ſubditos in moti-  
bus actionum moveri ad motum exemplarem  
ſuperiorum. Policia, quam multi obſervarunt,  
& ſpecialiter Claudianus ſic canens:

*Ariſt.*  
*idem.*

*Claudianus.*

*Quint.*  
*Curr. lib. 5.*  
*Plutarch.*

Componitur orbiſ  
Regis ad exemplum, nec ſe inſectore ſenſus  
Humanos quædam valent, quam vita regentium.

1. Exercitus magni Alexandri, in Perſiam  
proficiſcens nunquam didiciſſet tolerare ſitim,  
niſi Alexandri primò illà aſſuetus fuiſſet. Et in

hyme animandis militibus nives, & glacies dif-  
ſiegit. Ageſilaus Rex Lacedæmonum, ut mil-  
ites urgeret, ad ea, quæ nullam patiebantur mo-  
tam; primus manum applicuit. Rudolphus Im-  
perator in bello contra Regem Bohemæ ſibi  
aqua à ruſtico oblatum recuſavit, dicens: *Hæc*  
*tibi vaſculum, nam ego exercitus, non mihi ſine*  
*ham.* Et hoc modo milites ad patienter ferendam  
ſitim incitavit: Hinc Silius omnes belli duces eſt  
hortatus, ut in omnibus bellicis potiùs exemplis  
quàm verbis milites animarent.  
*Hortandi genus acer habet præcedere ductor.*  
Julius Cæſar nunquam aſcendit ad ſolum  
niſi inſtar generoſæ aquilæ radios ſolares ſuorum  
illuſtrum Magni Alexandri ſiſt fuſſet  
tuitus. Lacedæmones in conviviiſ betonicis  
actiones antecellorum proclamabant, ut iunioribus  
ad eorum imitationem excitarentur, juxta le-  
gem imperialem: *Mos majorum eſt obſervandum.*  
Ultimum N. monitum Senecæ admittite: *Malum*  
*eſt ſubditorum conſuetudo, ut principes ſuos tam in malo*  
*bono, quàm in malo, imitentur: idcirco qui alicuius*  
*perant, plurimum cavere debent, ne eos ſuo depre-*  
*vent exemplo.*  
Verbo: ſubditus ſpeculum actionum ſuperio-  
ris conſulit. Filius patris indolem obſervat, & ad Tra-  
num: *Qualis Rex, talis grex, qualis berus, talis pater*  
*ſervus.* Regulus Evangelicus miraculis Chriſti  
credens tam bono prævit exemplat omnes ad quibus